Expertus diuum formas lusisse quot annis,
Inuentum est nullum religionis opus.
Vt bene cōsului uatem baraballā cacantem

Cantantem uolui dicere, ne uicium est.
Threicium subito mutatus in Orphea, nostrum
Et baraballeo cinctus honore caput.
Quã iuga, quã syluas, & quã uaga flumĩa fertur
Allexisse, Lyram hanc ipse ego subripui.
Et uaticani uicina palatia montis
Quæro: age qua possum tutius ire uia?

¶ Ad Pasquillum.

Mars modo cum fueris uates cũ clarus Apollo,
Atq; habeas semper nomina magna Deum.
Te nunq̃ cerno solitas excedere uires,
Sed magis, hoc turpe est, semper haberis inops.
Orphea te modo finxisti Pasquille fuisse
Cantante ut pulses tu baraballe Lyram.

¶ Orpheus.

Cædes, uulnera, raptus, arma, luctus,
Morbi, fulmina, terror, omne dirum,
Cædant: militibus parata uirtus,
Cælum, sydera, mater alma, cætus
Musarum, ueneres, amęna, saltus,
Succurrant, Cytharæ/canor Deorum,

¶ Idem.

Viuant gaudia montium/ferarum
Occumbat rapidum/nocens/iniquum/
Quicquid letiferum uides in orbe/
Vitali celebrante Sacra musis.

¶ Ad Pasquillum.

Ædifices Pasquille tibi nunc tecta colenti
Sub Ioue saxa trahens pectine threicio,
¶Pasquillus.
Quid nisi mutones estis collegia uatum?
Nam quæ uos deceant munera/Scurra rapit.
¶Pasquillo.
Cur non te fingi scurram Pasquille rogasti?
Orpheus esuries: quis nisi scurra satur.
¶Misticum ad Leonem.
Eia age summe Leo, cur altũ ducere somnum
Hoc potes imperio? te uigilare decet.
Euridicen flammis ardentem hiis eripe ditis,
Quam si non reuoces: tollere nemo potest.
Ergo age tu laxæ soluas modo uincula sponsæ,
Quam mihi si uelles reddere, iure potes.
¶Ad Euridicen.
Vt pater oĩpotens longæ tonat æthere summo,
Sic pater in terris nunc tonat iste Leo,
Summus uterq Deus ditis nã abducere abigne,
Euridiceq potest iste, sed ille magis.
¶Ad Leonem.
Tu decus ecclesiæ, fautor latiæq mineruæ,
Pax est ἑλληνων mistica græca rogant.
¶Ad Orpheum.
Quid tibi cum blanda testudine, qdue canora
Cum Syluas & lapidum moles qd inde lucri?
Quid montes tribuere tibi? quos traxeris ipse/

Quid tum q̄ moueas flumina, saxa, pecus.
Es pecus ipse ingens dominæ si pectora Romæ
Permulcere putas: tu nihil, archa placet.
Quis te tam solers imitari quærat? in auro
Spes quoniam tota est, nil parit ista chelis.

¶ Absit.

Absit, magna erit hoc anno penuria Bacchi,
Nec mirum, hic cantu guttur inane gerit.

¶ De Pasquillo.

Pasquillus fundit nullos si pectore cantus/
Nil mirum: duræ nunc mihi crede cacat.

¶ Orpheus.

Est Leo, sunt nostrę sub eodem monte camenæ,
O bene quam iunxit Iuppiter ecce Deos.

¶ Orpheus.

Flectere qui potui manes, & durius illis
Si quid erat: memet flectere non ualeo.

¶ De Pasquillo.

Currite nunc omnes quid statis? currite uates,
Portentum est, scandit nūc elephanta maro.

¶ Ad Pasquillum.

Orpheus in syluis fertur tenuisse canendo
Torrentes/quercus saxa/feras/uolucres.
Tu quoq; idē Pasqlle facis sed in urbe: qd ergo
Mirandum in syluis hoc, an in urbe magis.

¶ De Leone.

Aspice quid faciant iucundi principis artes,

Qui fuerat saxum, carmina grata canit.

¶ De Leone.

Tradiderat moriens uates mortalibus Orpheus
Pulsandam adiecta hac conditione Lyram.
Quod nullus moueat nisi docto pollice cordas
Orphei & carminibus qui putet esse parem.
Solus hic e, medicis generoso sanguine Cosmi
Ausus post dominum sollicitare chelim.
Audiit Elysiis thrax de penetralibus Orpheus,
Illam alium e, solito subripuisse loco.
Impiger ad superos neglecta coniuge uenit,
Noster ait cui uult cædere uocis honor?
Vt Cytharā ex humeris uidit pendere Leonis
Summi pontificis, hæc sacra uerba tulit.
Quā bene de sanctis digitis mea plectra mouent
Lætor post Orpheum iam Iouis esse Lyram.
Donauit me alia ut cernis, cyllenis heros:
Hæc ego Mercurii, tu mea plectra moue.
Doctrina & cantu sic delectabimus orbem,
Sic nostro arbitrio maximus orbis erit?

¶ Pasquillus.

Non mirum si uana loquor tot uerba poeta,
Hæc mei læta dies est mihi: cras taceo.

¶ Orpheus.

Quid dubitas me posse feras, rapidosq; Leones
Lænire, & montes Carmina nostra sequi.
Cum uideas nostri humanos dulcedine cantus

Tactos: qui latium sacraq; regna tenent.
Et uideas montem summo qui uertice uiuum
Præsidet huic plectro carminibusq; meis.

¶ Ad Pasquillum.

Non tibi tot laudes/non tot tibi dona derentur/
Vitalis dominus ni foret iste tuus.
Illi igitur debes donec tua fata supersunt/
Si secus/ecce iterum tu petra uilis eris.

¶ Orpheus.

Quid tibi uis? nostram quæ tam turbata quieté
Turba uenis: tremulus qs premit ossa tremor.
Orpheus hac ego sum iussu Iouis æditus urbe/
Pectine sum cunctis ferre coactus opem.
Ergo qđ paueas nihil est rabida ora Leonis:
Namq; iterum nostram substinet ille Lyram.
Pone metum/metuisse sat est/ferus ille furorem
Expulit/& rabiem deposuitq; suam.
Iam placidus placidos/mitis mitesq; fouebit/
Duris durus erit/sic leuibusq; leuis.
O bene quam blãdo subiecta es Roma Leoni/
Aptior in tanta quis foret urbe Deus.
Ergo age turba tuis iam desperata periclis/
Munere pro tanto da pia thura focis.
Ipse suos tantum ueni recitare triumphos/
Hæc data sunt nostræ pondera grata Lyræ.

¶ Pasquillus.

Inguina pedantum cũ tam tumefacta pauescã/

Parieti affixas cogor habere nates.
Sum lapis: & lapidem tentant supponere: de te
Quid facient, cui sunt mollia membra puer.

¶ Orpheus,

Olim magnus eram uates, nam uoce trahebam
Saxa, feras, syluas dulce sonante cheli.
At nunc me fictum saxo, & sine fine manentem
Versibus insequitur uirq; senexq; puer.
Heu timeo thracum rursus perferre furores
Carmina cum uideam non nisi ferre mares.

¶ Ad Leonem.

Saxea sit quamuis Pasquilli forma, placere
Et seruire studet moribus, & domino.
Dumq; tibi gratos cantus, ac barbita sensit,
Ad cantus cytharam tendit & ad numeros.
O q̃ grande tuum numen Leo: si tibi plaudent
Ne dum uiui homines, sed rudis iste lapis.

¶ Orpheus.

Innumeras saturne pater te principe laudes,
Cuncta fouens mundi rettulit iste globus.
Inde propinqua tuæ tenuit uestigia gentis,
Sub Ioue perspicuo tramite nata cohors.
Tunc mea ciuiles meruere poemata plausus:
Tum licuit querulam sollicitare chelim.
Inter apros, interq; lupos, auidosq; Leones
Semper eram, cytharæ clarus in arte meæ.
Chaonias quercus, deducere montibus ornos

Tartara qui & terras potuit lenire canendo,
Ni mirũ est si nunc mulceat ille deum.

¶ Pasquillus.

Vix totidem formas habuit uertũnus, & ille
Qui pelagi incoluit littora carpathii.
Nã mõ neptũnus, mõ sum thymbreus apollo
Nũc mitrã & Bacchi cornua fronte gero.
Nunc harpe insignis fio tegeaticus ales,
Dantur sępe mihi tela trisulca Iouis.
Interdum odrysii Martis fera bella ministro
Non nunq̃ alcides horrida monstra domo,
Deniq; diuo℞ atq; hominum captare figuras
Cogor, & in cunctos se mea forma probat.
At nunc bistonius pecten, Syluęq; sequentes
Vt taceam/qui sim, Sat tibi signa dabunt.
Miror Romę tñ quod cum tibi cura priapi
Numen non facias mę tibi lampsaticum.

¶ Pasquillus.

Orphea sub Syluis fama est placasse ferarum
Omne genus toties saxa secuta Lyram.
Fluminaq;, & fontes, Vrsos, fuluosq; Leones
Cernere quos primũ Scęuola Roma dedit.
Vitali sub monte iterum patet oĩbus; unde
Threicius propria laude perenne sonat.
Antoni uirtus facit hoc: in monte canoro
Tranquille hic cantus audit, & ille canit.

¶ Ad Leonem.

Dũ cytharã tẽdit quõdã rhodopeius Orpheus,
Flexerat immites ad sua iura feras.
Huc lupus, huc posito uenit lepus ipse timore
Affuit et celeri concita cerua pede.
Hic posuit panther, posuit cubilia tygris,
Hic aper, hic uulpes, hic ferus ursus erat.
Præbuit humanis tum primum uocibus aures
Barrus, & ingenti qui furit ore Leo.
Flumina quid referam cursus oblita priores?
Planaq; dulcisonis æquora facta modis.
Attoniti montes, uenti, Syluæq; secutæ,
Quas uolucres cælũ, quod tenet unda pecus.
Traxerat hæc quondam docti facundia uatis,
Nec nõ excultæ fila canora Lyræ.
Tu tñ hunc solo cogis Leo maxime nutu,
Tendat ut ad sacros plectra sonora pedes.

¶Orpheus.

Hærebã, & uerum orphea iã nõ me esse putabã:
Bruta at cũ spectent tot, scio me esse deum.

¶Orpheus.

In uarias formas soleo emigrare quot annis,
Et nunc Mercurii, nunc Iouis ora gero.
Musicus hoc ego sum Vitalis munere in ãno:
Oblectem ut nostrum uoce lyraq; Iouem.

¶Orpheus.

Magnus ego: sed maior adest Leo maximus iste
Qui reuocat, lænit me fouet, ornat, amat

¶ ¶ Pasquillus.

Qué facitis non sum, sed sum Pasquillus abite,
Et fugite hanc castam turba nephanda domũ.
Mébrosum qdcũq; cupis, pete Romule numé,
Et tandem morbo sic satiare tuo.
Pieridum cantus, Iurisq; peritus Apollo
Me iuuat, & doctos ipseq; doctus amo.
Tresq; simul iunctos ut conspicis incolo mõtes
Quorum præsidiis undiq; tutus ero.
Nã me parnasus, me helicon, me rupe cythæron
Substinet aonia, conspicuumq; facit.

¶ Orpheus.

Iungat amicitias nostris iam cantibus orbis,
Vrbibus & latiis defluat omne decus.
Tangere si potuit blando Lyra munere manes,
Anguicomasq; feras, Cerbereumq; canem.
Aurea si populis posuisti cordibus artes,
Non rude si pectus gentibus esse finis.
Vnica tecta uiris ueteres carpentibus escas
Suscipis, & populo das quoq; grata Remi.
Non in uota deos moueat rhodopeius heros
Vanos, sed uoti compleat arte fidem.
Aurea paciferis condat pia sæcula ramis
Attoniti pallas uertice nata Iouis.
Exuat anguicomos clypeos, horrentia pellat
Bella uiris, mundus rege Leone uiget.
Alta caballini moueat pro cuspide dona

Fontis, Apollineas fratris adaptet opes.
Sãguinolẽta pmat populo nũc agmĩa mauors,
Et iuuenum nutrix pax populosa fluat.
Quã bene sub gemino dño nũc Roma triũphat,
Stat Leo, pro magno Calliopeq; satus.
Roma triumphales uigeas super inclita lauros,
Sub Ioue subq; Iouis fratre Leone micas.

¶ Ad Vates.

Thracius uates rediit, poetæ
Plaudite hic læti s pariter choreis,
Hic Lyræ et dulces Cytharæ canoris
Vocibus adsint.
Nam cupit uestras redimire frontes
Laurea doctas uiridi: simulq;
Tradet ultro castalii lanquores
Fontis amenos
Pellet et sæuos iaculis tyrannos,
At piis semper ducibus fauebit
Hosq; concordes faciet per orbem
Ordine miro.
Pacis almæ fædera sancta ponat
Inter omnes cristicolas: diuq;
Permanebunt: pastor & unus uni
Fiet ouili.
Expertus diuum formas lusisse quot annis,
Inuentum est nullum religionis opus.
Vt bene cõsului uatem baraballa cacantem

Cantantem uolui dicere, ne uicium est.
Threicium subito mutatus in Orphea, nostrum
Et baraballeo cinctus honore caput.
Quā iuga, quā syluas, & quā uaga flumīa fertur
Allexisse, Lyram hanc ipse ego subripui.
Et uaticani uicina palatia montis
Quæro: age qua possum tutius ire uia?

¶ Ad Pasquillum.

Mars modo cum fueris uates cū clarus Apollo,
Atq; habeas semper nomina magna Deum.
Te nunq̄ cerno solitas excedere uires,
Sed magis, hoc turpe est, semper haberis inops.
Orphea te modo finxisti Pasquille fuisse
Cantante ut pulses tu baraballe Lyram.

¶ Orpheus.

Cædes, uulnera, raptus, arma, luctus,
Morbi, fulmina, terror, omne dirum,
Cædant: militibus parata uirtus,
Cælum, sydera, mater alma, cætus
Musarum, ueneres, amęna, saltus,
Succurrant, Cytharæ/canor Deorum,

¶ Idem.

Viuant gaudia montium/ferarum
Occumbat rapidum/nocens/iniquum/
Quicquid letiferum uides in orbe/
Vitali celebrante Sacra musis.

¶ Ad Pasquillum.

Ædifices Pasquille tibi nunc tecta colenti
Sub Ioue saxa trahens pectine threicio,

¶Pasquillus.

Quid nisi mutones estis collegia uatum?
Nam quæ uos deceant munera/Scurra rapit.

¶Pasquillo.

Cur non te fingi scurram Pasquille rogasti?
Orpheus esuries: quis nisi scurra satur.

¶Misticum ad Leonem.

Eia age summe Leo, cur altū ducere somnum
Hoc potes imperio? te uigilare decet.
Euridicen flammis ardentem hiis eripe ditis,
Quam si non reuoces: tollere nemo potest.
Ergo age tu laxæ soluas modo uincula sponsæ,
Quam mihi si uelles reddere, iure potes.

¶Ad Euridicen.

Vt pater oīpotens longæ tonat æthere summo,
Sic pater in terris nunc tonat iste Leo,
Summus uterq; Deus ditis nā abducere abigne,
Euridiceq; potest iste, sed ille magis.

¶Ad Leonem.

Tu decus ecclesiæ, fautor latiæq; mineruæ,
Pax est ἑλλήνων mistica græca rogant.

¶Ad Orpheum.

Quid tibi cum blanda testudine, qdue canora
Cum Syluas & lapidum moles qd inde lucri?
Quid montes tribuere tibi? quos traxeris ipse/

Quid tum q̃ moueas flumina,saxa,pecus.
Es pecus ipse ingens dominæ si pectora Romæ
Permulcere putas:tu nihil,archa placet.
Quis te tam solers imitari quærat?in auro
Spes quoniam tota est,nil parit ista chelis.

¶ Absit.

Absit,magna erit hoc anno penuria Bacchi,
Nec mirum,hic cantu guttur inane gerit.

¶ De Pasquillo.

Pasquillus fundit nullos si pectore cantus/
Nil mirum:duræ nunc mihi crede cacat.

¶ Orpheus.

Est Leo,sunt nostræ sub eodem monte camenæ,
O bene quam iunxit Iuppiter ecce Deos.

¶ Orpheus.

Flectere qui potui manes,& durius illis
Si quid erat:memet flectere non ualeo.

¶ De Pasquillo.

Currite nunc omnes quid statis?currite uates,
Portentum est,scandit nũc elephanta maro.

¶ Ad Pasquillum.

Orpheus in syluis fertur tenuisse canendo
Torrentes/quercus saxa/feras/uolucres.
Tu quoq; idẽ Pasqlle facis sed in urbe:qd ergo
Mirandum in syluis hoc,an in urbe magis.

¶ De Leone.

Aspice quid faciant iucundi principis artes,

Qui fuerat saxum, carmina grata canit.

¶ De Leone.

Tradiderat moriens uates mortalibus Orpheus
Pulsandam adiecta hac conditione Lyram.
Quod nullus moueat nisi docto pollice cordas
Orphei & carminibus qui putet esse parem.
Solus hic e, medicis generoso sanguine Cosmi
Ausus post dominum sollicitare chelim.
Audiit Elysiis thrax de penetralibus Orpheus,
Illam alium e, solito subripuisse loco.
Impiger ad superos neglecta coniuge uenit,
Noster ait cui uult cædere uocis honor?
Vt Cytharā ex humeris uidit pendere Leonis
Summi pontificis, hæc sacra uerba tulit.
Quā bene de sanctis digitis mea plectra mouent
Lætor post Orpheum iam Iouis esse Lyram.
Donauit me alia ut cernis, cyllenis heros:
Hæc ego Mercurii, tu mea plectra moue.
Doctrina & cantu sic delectabimus orbem,
Sic nostro arbitrio maximus orbis erit?

¶ Pasquillus.

Non mirum si uana loquor tot uerba poeta,
Hæc mea læta dies est mihi: cras taceo.

¶ Orpheus.

Quid dubitas me posse feras, rapidosq; Leones
Lænire, & montes Carmina nostra sequi.
Cum uideas nostri humanos dulcedine cantus

Tactos: qui latium sacraq; regna tenent.
Et uideas montem summo qui uertice uiuum
Præsidet huic plectro carminibusq; meis.

¶ Ad Pasquillum.

Non tibi tot laudes/non tot tibi dona derentur/
Vitalis dominus ni foret iste tuus.
Illi igitur debes donec tua fata supersunt/
Si secus/ecce iterum tu petra uilis eris.

¶ Orpheus.

Quid tibi uis? nostram quæ tam turbata quieté
Turba uenis: tremulus qs premit ossa tremor.
Orpheus hac ego sum iussu Iouis æditus urbe/
Pectine sum cunctis ferre coactus opem.
Ergo qđ paueas nihil est rabida ora Leonis:
Namq; iterum nostram substinet ille Lyram.
Pone metum/metuisse sat est/ferus ille furorem
Expulit/& rabiem deposuitq; suam.
Iam placidus placidos/mitis mitesq; fouebit/
Duris durus erit/sic leuibusq; leuis.
O bene quam blãdo subiecta es Roma Leoni/
Aptior in tanta quis foret urbe Deus.
Ergo age turba tuis iam desperata periclis/
Munere pro tanto da pia thura focis.
Ipse suos tantum ueni recitare triumphos/
Hæc data sunt nostræ pondera grata Lyræ.

¶ Pasquillus.

Inguina pedantum cũ tam tumefacta pauescã/

Parieti affixas cogor habere nates.
Sum lapis: & lapidem tentant supponere: de te
Quid facient, cui sunt mollia membra puer.

¶ Orpheus,

Olim magnus eram uates, nam uoce trahebam
Saxa, feras, syluas dulce sonante cheli.
At nunc me fictum saxo, & sine fine manentem
Versibus insequitur uirq; senexq; puer.
Heu timeo thracum rursus perferre furores
Carmina cum uideam non nisi ferre mares.

¶ Ad Leonem.

Saxea sit quamuis Pasquilli forma, placere
Et seruire studet moribus, & domino.
Dumq; tibi gratos cantus, ac barbita sensit,
Ad cantus cytharam tendit & ad numeros.
O q̃ grande tuum numen Leo: si tibi plaudent
Ne dum uiui homines, sed rudis iste lapis.

¶ Orpheus.

Innumeras saturne pater te principe laudes,
Cuncta fouens mundi rettulit iste globus.
Inde propinqua tuæ tenuit uestigia gentis,
Sub Ioue perspicuo tramite nata cohors.
Tunc mea ciuiles meruere poemata plausus:
Tum licuit querulam sollicitare chelim.
Inter apros, interq; lupos, auidosq; Leones
Semper eram, cytharæ clarus in arte meæ.
Chaonias quercus, deducere montibus ornos

Audebam:& sonitu sistere ubiq; feras.
Sed truculenta meæ nondum matura; querelas
Intulit æternas, coniugis atra quies.
Sic agitat fortuna gradus, felicia mestis
Tempora temporibus quæ reuocare solet
Tartareos manes, stygiumq; charontis adiui
Flumen, ubi horrisonas concutit eurus aquas.
Sic flegetonteis reuocaui mestus ab undis
Euridicen: properæ quæ repetita mihi est.
Deniq; mortales summus noua sæcula princeps
Et dedit in terris lumen habere nouum.
Nam Leo terrificum placidus lænire fragorem
Cæpit, & horrendam ponere sęuitiem.
Hic modo pacifico firmabit in ordine mũdum
Clauigeri extollens aurea templa senis.
Viue diu felix præsul sanctissime: sisq;
Longius annoso uiuere dignus auo.

Ad Pasquillum.

Cum tradat nullus pangẽti carmina nummos,
Desidiam fugiens te mea musa canit.
Quod si mecænas ægræ sibi riserit unus,
Hunc Pasquille magis nostra thalia canent.
Quare urbi debes nimium, populoq; quirini,
Admittat nullum quod tibi amica uirum.

Ad Pasquillum.

Non mirum est faciem si tu/uel nomina uertis,
Ver quoniam sacrum uertere multa facit.

¶ Pasquillus.

Armigerum xersi non copia tanta: papyri
Quanta mihi, iamiam bibliopola ferar,

¶ Pasquillus.

Sum lapis, & tandem semel omni uestior anno.
Munificos dominos sic decet esse meos.
Inuide serue tibi dominus si talis adesset
Essent seruitio præmia digna tuo.

¶ Pasquillus.

Vt propriam noscat pubes incana figuram,
Et ne uana meæ narretur fabula sortis,
Vera canam, uero gaudet nam læta iuuentus,
Fataq; fortunasq; uiri, quo nomine dicar,
Cur durum in lapidem uersus prærupta periui
Æquora, cur iterum superas erectus ad oras
Lauder, & immoto lapidi feruentur honores?
Certatim præbent sublimia carmina uates.
Sum lycha cresc ẽtis quondã mestissimus hylli
Ductor: cui nunq̃ similis errauit in orbe.
Infelix ardens subito mandata referre,
Dum cupit alcides cænæo sacra parare
Vota Ioui, fusam nesseo sanguine uestem
Præfero: quã mittit coniux, capit inscius heros,
Induiturq;, mali uis it diffusa per artus
Herculeos, latæ uirus descendit ad ossa.
Lethiferam cum non posset rescindere uestem,
Feruidus hæc in me turbato reddidit ore

Impius infandæ mortis certissimus author,
Haud impune feres nostris contraria fatis.
Exuror: gelidis tu nunc morieris in undis.
Nec mora dicentem uerba excusantia pernix
Corripit alcides, liquidūq; per aera mittit.
In silices pendens artus lapidescit in auras
Exanguisq; metu, tandem consedit in undis
Euboici, humanæ seruans uestigia formæ.
Heu quoties pandas ceruici astare carinas
Conspexi, miseros nautas erroribus actos
Illisos scopulo, tenuemq; effundere uitam.
Atq; adeo cunctis iniecit fama timorem,
Vt nemo euboici ratibus temptare latebras
Auderet: magno donec neptune tridenti
Vertisti rigidi pergrandia robora saxi.
Quam primū euulsum sensi me, quærere terrā
Paulatim nitor: medioq; ex æquore lapsus
In siccam tandem felix appellor arenam.
Nūc me Roma tenet: forte miserata quot ānis
Turba pedagogū meritos instaurat honores.

¶Pasquillus.

Orphea nunc si petra refert, desiste uiator
Mirari: possunt me duce saxa loqui.

¶Pasquillus.

Quod pingor fingorq; quotānis, ne graue sit, nā
Quæq; dies uestras sic uidet ire nurus.

¶Idem.

Si nõ sum uelut estis, habent mea põdera culpã,
Deucalion saxum uoluere non potuit.

¶ Idem.

Interius lapis est, extra color, an ne colorem
Et lapidem spectas, ut color, utq; lapis.

¶ Idem,

Qui lapidẽ spectas, quid uis tibi? dicere nũuis
Te lapidem? & quod mox proicies lapidem.

¶ Idem.

Dic puer unde cothurnix? an diuersa cothurnix
Luserat in campis, ludat at ista domi.

¶ Idem.

Audio cantatis: sed si male uiuitis, ut iam.
Polliceor surdis auribus esse Iouem.

¶ Idem.

Me miserum copista etiam mihi carmina figit,
Itq; regestali cinctus ab officio.

¶ Idem.

Prædico, in turba caueat sibi quisq; crumenæ,
Nolo ego propter me quem rapere, atq; rapi.

¶ Idem.

Cur asinus non fio? nequit me pingere pictor.
Fæmina uult grandem, uult puer exiguum.

¶ Idem.

Nõ hõ me melior Romæ ẽ: ego nil peto ab ullo
Non sum uerbosus, hic sedeo & taceo.

¶ Idem.

Gratia diis, & qui in saxũ me hoc sustulit altũ,
Si forem humi, quærerer mingere sæpe canes.
¶ Idem.
Pascua Pasquillum fecerunt, illum, eum, & istũ,
Ipsum, illum, istum & eũ pasco, repasco iocis.
¶ Idem.
Hoc ego uirtutis mihi uendico: millia mille
Hic meus infatuat: perterebratq; lapis.
¶ Idem.
Dicite pictori postq̃ me pinxit ad unguem,
Addat item geminos is mihi testiculos.
¶ Idem.
Carmina copistæ ne hic figite, ne ue pedantes:
Vos ite ad pueros, ille regesta petat.
¶ Idem.
Roma facis nimiũ, nimium tibi debeo: sed iam
Quæ mihi das, fratri des uolo marphorio.
¶ Idem.
Nõ plus obsecro amore dei tot carmia, nõ plus
Hoc est qua propter sum fui eroq; lapis.
¶ Idem.
Heus uos si forte isthic cum baraballe manẽtes,
Huc agite, ad nostram cantet uterq; lyram.
¶ Idem.
Quod post sæcula tot resurgit Orpheus,
Et plectro & fidibus cluet canonis,
Nil mirum. & baraballus hac eadem

Tempestate, poeta septicornis
Gestante est elephante laureatus.

¶ Idem.

Tépore quo melius superos inuiseret Orpheus?
Quá cũ hominũ princeps uitá agit, ut superi.

¶ Idem.

Hanc unam indulsit mea mi proserpina lucem:
Vt lyra per laudes nostra Leonis eat.

¶ Idem.

Roma uale, hic abeo ad castꝶ loca tuta rotũdũ,
Fæmina me rapuit: fæmina Roma uale.

¶ Ad Leonem.

Te duce Roma Leo ueteres celebrare triũphos
Dicitur: & superi tangere castra poli.
Ná sua cõdiderant, sua dii quoq; mænia seruant,
Vix timet incolumi Roma Leone iouem.

¶ Ad eundem.

Vana uenus periit, qđ mars est mersus í undis,
Quod pallas pollet, threiciusq; trahit.
Laus Leo sũma tibi est, nam te regnãte uidemus
Orphea cum musis pace habitare simul.

¶ Ad Pasquillum..

Cur pasquille noua redimitus ueste uideris?
Carmine te celebrat Roma superba suo.
Orpheus aspectu, pharetra crinitus apollo,
Sæpe tua forma bellua decipior.

¶ De Statua.

Nõ ego Pasquillus dicor, nõ thracius Orpheus:
Sed uocor a, multis o sine mente caput.

¶ Orpheus.

Sunt qui threicium uatem cecidisse putarunt,
Falluntur, modulans hic sedet, ecce uides.
Iam pridem cytharæ ducebam carmine mõtes,
Pendebantq; omnes ad mea metra feræ
Hoc ago: nec uatem cœpisti me hæbre lyramq;,
Atq; eadem gratos dat mea corda sonos.
Montibus insideo, circunstant ualle Leones
Vndiq;: non ursus, non elephantus abest.

¶ De Orpheo.

Si ferro & saxis thressæ feriere misellum:
Cur pueris iterum dirjpuendus adest.

¶ De Leone.

Orpheus Euridicen pacato dite redemit,
Melliflua manes flexerat ante cheli.
Hyppolitum stygiis inferni regis ab umbris,
Sponte coronides suscitat arte patris.
Et pater innumeris pæan non defuit ægris:
Tot quoq; chironis conualuere manu.
Arte machaonia potuerunt surgere quondam,
Detenta immenso membra dolore diu.
At noster medicus supero qui numen olympo
Præstat, & ingenti q̃ bene curat ope.
Vt modo quos cecini, cædant, cuicũq; procellæ
Sint animi, seu sint corporis, ille fouet,

Accurrit placidæ erumnis, mæstosq́ tumultus
Sedat, & ætheria pectora mulcet ope.
Pirithoum semel alcides e, faucibus orci
Eripuit, quoties hoc uelit ipse, facit.
Et quod nemo potest, æternæ gaudia uitæ
Confert auspiciis qui meruere suis.
Hæc sibi qsq́ petat, nã q̃ nec apollo, nec orpheus
Nec phæbo natus præbuit: iste dabit.

¶ De Orpheo.

Orphi de fidibus quicquid finxisse uetustas?
Dicitur ecce uides non caruisse fide.
Indicat hoc summi ceruix attenta Leonis
Cui constat cythara gratius esse nihil.

¶ Ad Pasquillum.

Deliras Pasquille lyræ si carmina iungas/
Diues eris solum si cytharedus eris.

¶ De Orpheo.

Quod sit threicius repente factus
Pasquillus fidicen/fide sonora
Qui saxa/atq́ feros trahat Leones.
Ne mirere: uigent reperta ubiq́
Vatis Orpheos/& benigna mater.

¶ Orpheus.

Ad nostram currunt animalia saxaq́ cythram/
Ad nostrum totus confluit orbis herum.

¶ Idem.

Cum suaues musæ/ac felicia tempora regnent/

Orphea Pasquillum iuppiter esse dedit.

¶ Idem.

Doctrina, & musæ/pax/uirtus/cũ modo regnét,
Orphea pasquillum cernere iure potes.

¶ Idem.

Orpheus euridicen sæuo reuocauit ab Orpheo/
Perdita sic uirtus nunc reuocata uiget.

¶ Pasquillus.

Q d'modo Pasqllus fueri, nũc thracius orpeus,
Quid mirum? nostris seruio temporibus.

¶ Pasquillus.

Qui cupis auulso carmen suspendere muro/
Exiguo propera tempore nudus ero.

¶ Ad Orpheum.

Respice qui cytharã pulsas/hæc regna ministrat
Quæ Leo magnanimus pontificumq; decus.
Nec te terrificet sæuorum hæc turba pedantum/
Sed romanorum grandia gesta canas.

¶ Ad Pasquillum.

Te mulcere feras/te cantu flectere manes
Crediderim/si non saxeus ipse fores.

¶ De Leone.

Quicquid fama canit syluas traxisse canorum
Orphea/& immites pectione & ore feras.
Falsa putes/nam uera loquor, sermone fuerunt
Oppida/uel mores/condita cana fides.
Sed modo quæ decimi seruantur iura Leonis

Traxerunt doctas ex helicone deas.

¶ Ad Orpheum.

Cantantem tenuisse feras te credimus Orpheu:
Cum lapis & saxum nunc quoq; idem facias.

¶ Idem.

Quod sic mite Leo cantātem respicit Orphea/
Non docuit cantus/non lyra/sed dominus.

¶ Orpeus.

Orphea me decimo repetit sub principe Roma
Orpheo quoniam munere docta tumet.

¶ Idem.

Montes/saxa/feras moui: me sola Leonis
Fama mouet/largo pectore/largo animo.

¶ De Orpheo.

Calliopes qui sacra colis/uel pythia cantas
Carmina, grandiloquis hunc uenerare modis.
Daelius huic genitor, nec nō doctissima mater
Calliope magni filia digna Iouis.
Quo pulsante chelim/pecudes/& dura sequunt
Saxa, lupi, tigres, brutaq; cuncta sonum.
Cardinei en iterum decus & tutela senatus
Hunc dedit ad uates posse redire suos.
Et Leo romanis quāuis nunc iura reponat/
Non dedignatus carmina docta sequi.

¶ De eodem.

Quid ualeant musae, qd lingua diserta poetae/
Hinc poteris uerae noscere/quisquis aues.

Ecce animat silices, asperrima robora flectit.
Flumina, aues sistit, pectora sæua domat.
Innumeros populos constanti pace gubernat,
Perpetuo summos uincit amore deos.
Qui iacuere diu, surgant hoc tempore uates,
Ingenio phæbus præmia digna dabit.

¶ De Pasquillo

Quam bene Pasquillus nobis monstrare uidet
Fortunæ uarias semper inesse uices.
Qui licet ad plectrũ nunc Orpheus oĩa ducat,
Cras tamen ut pridem marmore factus erit.

¶ Ad Orpheum.

Pone lyram: euridicen Orpheu si forte reposcis
Nam Romæ qui sis nil opus euridice.

¶ De quodam.

Dũ mendax orpina domus se cœlitus ortam
Iactat, & Orpheo se putat esse parem.
Pasquillus stygias ira tunc pergere ad umbras,
Vellet, & Orpheam frangere mox cytharam.

¶ Pasquillus.

Miraris uarias toties me sumere formas?
Nunc uir, nunc numen, postmodo dura si lex.
Vitalis uitam præstat: non uiuida sors est
Hic hominem, & uatem me facit, inde deum.

¶ Pasquillus.

Qui mõ marmore9, trũcus, sine numine, sordẽs
Quiq; frequens pueris nil nisi ludus eram.

En manus artificum ſpirantem fingere tendit,
Et mutilum membris condecorare nouis.
Sic leuis quacunq; uides/ſic numina diuum
Æquiparás:docet hoc carmine turba colens.
Nec ſatis id fuerat,dempto mihi nomine uatem
Orphea dixerunt:orphea quiſq; uocat.
Hæc dedit una dies:eadē breuis auferet hora:
Nec mirum/hos ludos martia Roma facit.

¶ De Paſquillo.

Quam petimus uellet faciem Paſqllus habere/
Orpheus illuſtri nomine dixit ero,
Roma uiris debet,debet magis illa Leoni/
Muneribus uates qui facit eſſe ſuis.

¶ Orpheus.

O q̃ ſæcula nunc beatiora/
Quam quæ me miſerum tulere quondam:
O q̃ pluribus orpheis referta.
Quos inter caput eſt meus Manentes/
O ſi non alio ſatus fuiſſem
Hoc q̃ tempore:quod bene eſt beatum/&
Felix:non mala turba fœminarum
Quæ nunc eſt bona turba fœminarum/
Me tanq̃ rabidæ lupæ necaſſent.
Et ſi forſitan hoc fuiſſet auſa
Quæ q̃ turpior & magis nephanda:I
Vidiſſes ſubito uirum cateruam/
Quæ diſcrimine liberaſſet omni

Sacris orphea deditum camænis.
O q̃ sæcula nunc beatiora.

¶ Ad Pasquillum.

Cum Pasqlle tibi renouetur forma quotannis/
Et referat uarios post decorata deos.
Mox erat illa lapis/cunctis ubi uisa: repente
Threicii uultus cæpit habere uiri.
Carmine qui syluas & saxa sequentia duxit
Flumina qui & riuos sistere fecit iter.
Quin etiam stygias ausus descendere ad undas/
Hoc fretus cantu/& dulce canente lyra.
Euridices manes qui uisere motus amore.
Descendit/superas possidet inde uias.
Dic age rũpe moras: quonam mutatus/& istam
Vnde refers faciem/palliolumq; recens.
Musarũ nũm potus aqua/libansq; labellis
Mutatur/formas inde referre potest.
Fecerat hoc magno q fulmina torquet olympo/
Alcmenæ amplexus dum cupit ille suæ.
Erras: nam rubrum fulget cui uertice tegmen
Aonio tribuit munus honore mihi.

¶ De Orpheo.

Quæris quid Orpheus hic canens sibi uelit?
Peritiorem consule.
Desunt sybillæ: non habemus augures/
Sortesq; non sunt delphicæ
Non iis opus/pasquillus ecce præditus.

Prudentia q̃ maxima/
Rerum q̃ clarus notione plurium:
Causasq; callens abditas.
Dic nr̃a quo disertiorem tempora
Nullum tulerunt obsecro,
Dic quando uincis phæbadas sapientia/
Orpheus quid hic sibi uelit.
Rudes hic olim perpoliuit:ac bonis
Ornauit homines moribus.
Palamq; ceu feras uagantes dulcibus
Modis in unum contulit.
Nunc messibus ab hinc mille centies redit
Ad nostra rursus clymata.
Priore peius ut reformet sæculum
Præsens,& imperitius.

¶ Idem.

Labanti prope iam latinitati
Ferri suppetias ratus necesse
Ad nostras uetus ille magnus orpheus
Auras a tenebris reuenit imis.

¶ Pasquillus.

Pasquillo mihi nomen erat/nunc orphea dicũt/
Et mihi nescio quis plectra lyramq; dedit.
Saxeus atq; silens quondam/nunc saxa ferasq;
Sollicito cantu carminibusq; meis.
Haud ista aspiciens longum mirare uiator/
Mutantur mores/& studia atq; homines.

Verius aut dicam si uis? nunc omnia Romæ
Peruertuntur: & hic non mihi durat honos.

¶ Ad Pasquillum.

Pasquule pasquille placeant pasquillule pasque
Carmina si dederim tatapatata tibi.
Quid me derides? quid dicis tatapatata?
Dicere debueras magne poeta mihi.
Orphea nonne uides plectro fidibusq; beatum?
Iam uideo: & tamen es tatapatata mihi.

¶ Pasquillus.

O utinam natura parens e marmore cunctos
Fecisset: quoniam quisq; poeta foret.

¶ Pasquillus ad Vates.

Quæ data si tabulis scribantur carmina uates/
Nil erit, in quo me coritius superet.

¶ Ad Pasquillum.

Ne facias oro cornix ut garrula fecit.
Qui uolucrum regnum posse tenere putans/
Se ornauit uariis pennis ut pulchrior esset.
Sic ibat passim cum grauitate sua.
Ast auium cętus postq̃ conuenerat una.
Cęperunt pennam tollere queq; suam.
Restitit in plumis cornix. te uestibus ornas.
Sed multum uereor ne cadat illud idem.

FINIS.